perſtite DN. DOCT. CASPARO BITSCHIO, *vetere benéque fundatâ Jurisprudentiâ claris, accepi, & per compluresjam annos, vero conſentaneam eſſe ſum expertus. Ut nec ſpes nulla me teneat, fore, ut ſi juris Studioſi, per levem hanc & ſimplicem Notarum viam, ad intellectum Textûs Juſtinianei penetraverint, eodem labore aditum ad latiores Pandectarũ, aliôsque Juris libros ſint habituri, & maturè ſimul, cum iſtis principiis, imbibituri ſententiam eam, quam de difficilibus & intricatiſſimis quæſtionibus, diligentior aliquando tractatio ſit comprobatura. Sed deſino plura: qui nec ipſa hæc volui; ſed nudè indicare cauſam, qua motus, Veſtra, Perilluſtres & Generoſiſſimi Domini Comites atque Barones, Domini Clementes, Honorifica Nomina, in frontiſpicio hujus libelli poſuerim. Ea verò, ut verbo dicam, eſt*

Honor,